Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



et declinauerunt oculos suos ut non uiderent celum neque recordarentur iudicio
iustoq. Factum est autem cum observarent diem apta quinuenire
possent ea solam insessa est aliquando sicut heri et nudius tertius cum
duabus puellis solus voluitque lauari in pomerio Erat quippe
erat Et non erat ibi quisquam preter duos senes absconditos Dixit
ergo puelle Afferte mihi oleum et sinistmata et ostia pomerij claudite ut
lauer Cum autem essent puelle fecerunt duo senes et accur
rerunt ad eam et dixerunt Ecce ostia pomerij clausa sunt et nemo
nos uidet et in concupiscentia tua sumus Quam obrem assentire nobis
et miscere nobiscum Quod si nolueris dicemus contra te testimonium quod fui
te cum iuuenis et ob hanc causam emiseris puellas a te Ingemuit Su
sanna et ait Angustie mihi sunt undique Si enim hoc egero mors mihi est si aut
non egero non effugiam manus uestras Sed melius est mihi absque opere in
cadere in manus uestras quam peccare in conspectu dni Et exclamauit uo
ce magna Susanna Exclamauerunt autem et duo senes aduersus eam Cum
audissent clamorem in pomerio famuli domus irruerunt per postic
ut uiderent quid nam esset Postquam autem senes locuti sunt erubuerunt
serui uehementer quia nunquam de Susanna sermo huiusmodi factus est
Et facta est die crastina Cumque uenisset populus ad uirum eius Ioa
chim uenerunt et duo presbiteri plenis in quam nequitiam aduersus Su
sannam ut interficerent eam Et dixerunt coram populo Mittite ad Susannam
filiam Helchie uxorem Ioachim Et statim miserunt Et uenerunt cum
parentibus et filius et uniuersis cognatis suis Flebant igitur Susanna et
omnes qui nouerant eam Consurgentes illi duo presbiteri in medio populi
posuerunt manus suas super caput eius Que flens suspexit in celum
Erat enim cor eius fiducialiter in domino Et dixerunt presbiteri Cum
deambularemus in pomerio soli insessa est hec cum duabus puellis suis